Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



per Jouem inquam sed absurdum id esset profecto / Animaduerti
etenim te loquente maxime / nemine alteri per similem oriri /
sed natura potius ad aliam operationem dissimilem esse ~~[illegible]~~ natu-
num arbitrar ~~So~~ Adi Michi sic videtur ~~Adi~~ So Quid inquam utrum
quispiam melius agere videbitur / si plurimas vnus vel
si vnicam artem solus operetur Adi Si vnicam solus
inquit So At id inquam perspicuum est / si quis operi suo tempus
interponat / omne id effluere perire que Adi Clarum inquit
So Non enim agentis otium opus operiri / sed agente opus
prosequi necesse est / nec extra id in parte agere Adi Nec
arbitror So Ex hijs inquam cum melius tum facilius plura
fiunt / cum solus vnum secundum tempus ac naturam agens / vacet
a reliquis Adi Puto equidem So Pluribus itaque Adimante
ciuibus / ~~quam~~ quam quatuor ad hos opus erit apparatus
Agricola nempe vt videtur non aratrum sibi / non rastrum
non plurima que ad agriculationem necessaria sunt parabit
instrumenta · si optime se debeat habere Nec architectus
quidem / multorum nempe et ipse indigebit / tum textor
atque cerdo Adi Verum inquis So Carpentarij autem ac fabri
et huiusmodi artifices quam plurimi illam incolentes frequen-
tiorem profecto reddent ciuitatem Adi Certe inquit So
Sed nec maxima admodum ipsa fiunt / si bubulcos opili-
ones / reliquosque pastores illis adiunxerimus / ne ad arandum
agricolis desint boues Architecti quoque cum hijs vna ad
necessariarum rerum vectiones currus heant / textores vero
ac Cerdones coriis atque lanis vti queant Adi Atqui inquit
tam multa in se continens haud quamquam per exigua erit ciuitas

Capitulum vndecimum De hijs que ad vrbis institutionem
videntur necessaria Socrates Adimantus

At vero vrbem eo potissimum in loco condere ubi
aduenticiorum nulla omnino indigentia futura sit im-
possibile videtur esse Adi Certe inquit So Alijs

Lege opifex

Carpentarij fabri

Bubulci opiliones pastores